UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui Guinnoci ludimagistri

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Regvla. VI. & catholica quidem. Q[ue] poscendo diu quartum uel ponito sextum. Cum quouis verbo fecus ablatiuus abesto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70853

Visual Library

REGVLA. VI. & catholica quidem.

Qꝫ poſcendo diu quartum uel ponito ſextum.
Cum quouis verbo ſecus ablatiuus abeſto.

Queſtione de tēpore facta per q̄diu, aut q̄dudū reſpondebit̃ actūs
uel ablatiuus cū quouis uerbo. Virgi. i ænei. Vna cū gente tot an-
nos Bella gero. Cice. Abiui magnā partē cōſulatus tui. In canonicis
epiſtolis, & nō pluit annos tres & mēſes ſex. Teren. Annos ſexagin-
ta natus es plus eo, ut cōijcio, non quia bene dicit̃ hic plus eo. Virg.
Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis. Stertis noctes & dies. In ſacris.
Adhuc modicū uobiſcū ſum, ſubaudit̃ tēpus, ut hic. Adhuc modi-
cum lumē in uobis eſt, id eſt lumē, chriſtus ſcilicet eſt in uobis inter
uos modicū, ſubaudit̃ tēpus actūs. de ablatiuo ſtudui Louanij ānis
ſeptē. Aliter utpote ſi nō ſit tēpus (ut ita dicā) q̄diu ſolū reſpondebi-
mus ꝑ ablm̄. ut ueni hora tertia, nō tertiam. Pli. Omnia plenilunio
maria purgant̃. In ſacris. Media nocte clamor factus eſt. Hic aliq̄n ad
ditur de ꝓpoſitio. Hora. Vt iugulēt hoīes ſurgūt de nocte latrones,
ut teipm̄ ſalues nō expꝰgiſceris. Liui. li. iij. de punico bello. Cœperūt
epulari de die. Cice. ꝓ Lucio Murena dixit. Vigilas de nocte. Item ac
cuſatiuo tēporis addit̃ aliq̄n ad. In epi. Phalaridis. Tu ṽo ad mltos
annos fœliciter uiuas. Itē per Virgi. At pius Aeneas ꝑ noctē pluri-
ma uoluēs. In Geneſi. Per uiginti annos in domo tua ſeruiui. Plini.
Per annos decē. Idē. Per longū tēpus. Idē. Homini nō ante diē ſepti-
mum letalis inedia duraſſe, & ultra undecim plæroſqꝫ, hoc uix alit̃
dicere licet, ſed per & de credimus uenuſtius omitti. ut in, quod Sue
to. addidit dicēs. Ex eo cōtinuo nata ſoboles, adeo ī paucis adoleuit
diebus, ut nō equipararet modo matricē, uerūetiā obtegeret. Plau.
per genitiuū dixit in Milite, qui mille annorū uiuūt ab ſæculo ad ſæ
culū, uidet̃ ſubaudiri ætate, niſi quis dicat mile debere hic capi, ut ſit
ſingulare neutrū. Abltūs tēporis elegans, q nec q̄diu, nec q̄n, ſed in-
tra quātū tēpus dicit. Oui.. Si quoties peccāt hoīes ſua fulmina mit-
tat Iuppiter, exiguo tēpore inermis erit, id eſt intra exiguū tēpus, ſic
ambiguitas eſt hic. Ioānes exiguo tēpore erit paup, ſignificat aut nō
diu aut intra paucū tēpus, ante paucos dies &c̄. Cice. Supioribus di
ebus ueni in cumanū. Idē. qui his paucis diebus pontifex factus eſt.
& iterꝫ. Paucis diebus erā domeſticos tabellarios miſſurus. Idē. Tri-
duo aut ad ſūmū quatriduo periturū. Salu. Legati triduo nauim cō
ſcendere, nō eſt accipiēdū (inquit Valla) ꝑ ſupiores dies, & per pau-
cos dies, per triduū & quatriduū, ſed intra ſupiores dies &c̄. paulo-
poſt ait idē Valla. Aliq̄n in hm̄oi genere ſermonis omittimus poſt,

ſic.Intra decē dies ꝗ̄ uenit cōfeci omne negociū,in paucis diebus ꝗ̄
rhodū appulit uxorē duxit,id eſt poſtq̄ uenit, poſtq̄ appulit &c̄.q̄
exēpla apud hiſtoricos ſunt plurima. Si quęrat intra q̄ntū tēpus le⸗
giſti Vi giliū,reſpōde per intra,ut intra horā &c̄. ne dicas infra pro
intra.Si quærat quāto tēpore,reſpōde in ablatiuo triduo &c̄.Multi
abutūtur actō & abltō tēporis dicētes.Cōmoda mihi librū tres ho⸗
ras uel tribus horis,nō em̄ quis tribus diebus cōmodat, ſed pauco
tempore,ut nō dimidio hore cōmodat in tres horas uel in tres dies.
Franci.Philel.Ab eo petas mihi ut cōmodet in menſem unū Sextū
empyricū.Quidā nō indocti ponūt actm̄ ſignificare tēpus cōtinuū,
ablatiuū ſępius nō cōtinuū. Valla id deridet, qa indifferēter autho⸗
res locuti ſunt in actō & in abltō,& ſæpius quidē per actm̄. probāt
Laurētiani nō ſignificari in actō continuū,quia ſic nō adiungeretur
totū,quia eſſet nugatio. Nā ſi cōtinuū eſt ſtudui annū ,ſuꝑuacaneū
fuerit inculcare totū,quod tamē ſępe cōtingit tam in oratoribus ꝗ̄
poetis. Virgi.Hic iam tercentū totos regnabit annos. Terē.Ibi totū
deſedi diē.deſidere eſt ocioſe ſedere.Lanci.ſerio argumentatur.Quū
dixit.Cice.lib.i.offi. Annū audientē Cratippū.hic annū nō poteſt ſi
gnificare tēpus cōtinuū,quia fieri nō potuit,ut filius Ciceronis con
tinuū totū annū audiret Cratippū,ſiquidē eſſe bibere atq̄ dormire
interim debuit.quiuis mediocri ingenio hoc argumentū facile eno⸗
dabit,ideo ſuꝑſedeo.Badius de iuuētute Gallica & Germanica bn̄
meritus,cui etiā ꝑceptores ſat gratię nunq̄ poterūt referre,ſaluat dif
ferentiā quā Valla reprobat,quia uix inuenire poteris ubi ꝑ actm̄
nō ſignificet tēpus cōtinuū,ꝑ abltm̄ tametſi cōtinuū poſſet ſignifica⸗
ri,freq̄ntius tamē ſignificat diſcōtinuū,ut craſtinū diē tecū ero,id eſt
cras a te nō recedā,craſtino die tecū ero,id eſt cras quidē,ſed nō toto
die,certe ꝑ actm̄ uenuſtior eſt locutio,teſte Seruio. Argumētationē
autē de totū ſoluit per regulā Alexādri.Quoties dictio ęqualet dua
bus dictiōibus in ſignificādo,ſi ipſi altera illarū iungit iam capit ſo⸗
lum pro reliqua,ut declaraui in dictiōe nemo,& poſtea interim no
taui obiter,& patet in adeo,inſum,exeo,alijſq̄ multis in quinta re⸗
gula accuſatiui declaratis.En do exemplū conſpicuū, qcūq̄ ſignifi⸗
cat omnis q,ut quicūq̄ uult ſaluus eſſe &c̄. & addit interdū oīs etiā
apud doctiſſimos,ut an̄ notauimus,& tū ſignificat ſolū,qui ita etiā
ij.Paralipo.Om̄ia quęcūq̄ uoluit fecit rex Salomon.In Pſal. Om̄ia
quęcūq̄ faciet,ꝓſperabunt.Boe.in Categorijs. Qn̄ alterū de altero
ꝑ̄dicat,ut de ſubiecto.quęcūq̄ de eo quod ꝑ̄dicat dicūtur,omnia de
ſubiecto dicunt.Cedo.i.do locū.cedo locū.i.do.perhibeo .i.do teſti⸗
moniū.perhibeo teſtimonium.i.do.Fœtet.i.male olet.fœtet male.i.

olet. Pneuma.i.ſpiritus, ideo ſanctum pneuma nō eſt huius regulę. Sic actūs tēporis cōtinuū ſignificat, ſi addideris totū, aut ſimilē particulā ſignificat nudū tēpus, uiſu cęcus. & ſi quid tale eſt non dixero, q̄a hęc regula authoritatis teſtimoniū ſemp̄ petit, alioqui uitioſa fuerit pleonaſmi locutio. uerſus Alexādrini ſiquis exigat ſunt hi.

Aequiualens geminis harùm ſi iungitur uni
Dictio pro reliqua tantūmodo debet haberi.
Sic uiſu cæcū, uiſu dic eſſe carentem.

Natus ſum decem annos, ſubaudiri uidet̄ prępoſitio ante quę turpiter exprimeret̄, in alijs uerbis nō poteſt intelligi ea prępoſitio, ut ſcripſi decē annos, p̄ ante decē annos. Lanci. ait de actō & abltō tēporis Si quid differētię eſt, hoc eſt q̄ per actm̄ uehemētioris ſignificātię tēpus ſignificat̄ & diligētię exactiſſimę atq̧ etiā p̄ductioris morę. Dubitant multi quū interrogant̄ quota hora ueniſti domū, an reſpondere debeāt dimidia, an dimidiata, ideo opinor me opęprecīū facturum, ſi hanc rem paucis abſoluero. Dimidiatū eſt in duas partes diuiſum. dimidiū eſt dimidiati pars. ubi ſubſtātiuū ſignificat totū. debes dicere dimidiatū, nō dimidiū, ubi ſubſtātiuū ſignificat partē. dimidius a. um. locū habet, ut Iam dimidiatū librū legi, quē legere inſtituerā, aut dimidiā libri partē. Expectaui te dimidiatā horā, uel dimidiā horę partem, aut hore dimidiū. author eſt Varro, teſte Gelio lib. Atti. noct. iij. ca. xiiij.

REGVLA VLTIMA.

Quantum ſit ſpacium quarto uel dicito ſexto.
Aſt vbi quid factum ſexto tantūmodo prome.

Verbū ſignificans ambulare uel ſpaciari, aut diſtare, regit actm̄ uel ablatiuū ſpacij aut diſtātię. Cice. Abeſſemq̧ ab amano iter uni⁹ diei. Cęſar in Cōmen. Hęrcinię ſiluę latitudo nouē dierꝝ iter expedito patet. hic patet regit actm̄, ut in Virgi. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus apollo. Tres pateat cœli ſpaciū nō amplius ulnas. In Politicis Ariſtotelis, diſtant ꝟo hæc loca iter ſemidiei. Martia. Te tamē ut uideā duo milia nō piget ire. Vt te non uideā quattuor ire piget. Quū dicit̄, iui duo milia, ſubaudit̄ gtūs paſſuū, nam romani diſtinguunt terrā per mille paſſus. Paſſus eſt extēſio pedū & cōtinet q̄nq̧ pedes (ein ſchritt) Theſſalieñ. dicit mila lę. (ein myle) ſed in multorū uſu eſt miliare aut miliariū. In Acti. apo. Et exeūtes proceſſerunt̄ uicum unū. Primo Machabe. Perſecuti ſunt eos uiā unius diei, pergere eſt procedere in quacūq̧ re. Teren. Si pergis abiero .i. ſi nō ceſſas. Perſi. Perge tacebo. Spaciū eſt locus. Spaciari eſt ire. Spacioſus. i. am-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN